



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Dedisti lætitiā in corde meo: a fructu frumenti uini & olei sui, multiplicati  
sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Quo fit, ut hic uersus nequeat intelligi de naturali ratione syndere si, sicut  
multiplicat habet opinio dicentiu, principia prima in moralibus esse per se nota,  
sicut in speculabilibus, falsa sunt haec. Fides est primum principiu omniu bo-  
norum operu, atq; haec a deo incognita, ut omnis ratio summe eam exhorreat  
Ratio in iumentis suis uiribus constituta dicit: Quis ostendit nobis bona. Mu-  
tinentur sic dicunt: id est, omnes qui ratione ducuntur.)

Ratio fide  
horret.

Dedisti laetitiam in corde meo: a fructu frumenti uini & olei sui,  
multiplicati sunt.

Et huius uersus prior pars apud nos raptus est ad precedentem, quae cum se quae  
te in hebreo unum uersum absoluit: quae d. Hiero. sic reddit: Dedisti laetitiam in  
corde meo: a tempore frumentu eoru, & uinu eorum multiplicata sunt.

Mihi hic uersus increduloru & creduloru iudiciu facere uidet, qd illis sit deus, Fides gaudiu  
uenter, his deus uerus. Fides enim in deum, seu lumē uultus dei laetificat cor, uerū semper  
& intima hois, stabili & uera laetitia imbuunt, dum pacē remissis peccatis, & secu  
ram fiduciam in deū facit, etiā in medijs passionibus, neq; enim ullū est gaudi-  
um, ulla pax, nisi conscientia pura. Ita & Gal. v. Fructu spiritus gaudiū signat  
Apostolus: & supra dixit: In tribulatione dilatasti mihi. Atq; ita fit, ut sicut abū  
dant passiones Christi in nobis, sic abūdet & cōsolatio Christi in nobis, ppter  
fidē qua in eū fidit. ut. ij. Cor. i. Bndictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi,  
pater misericordiarū & deus totius cōsolationis, qui cōsolat nos in omī tribu-  
latione nra, Quis em nō gaudeat, insultas etiā uniuersis malis mundi & infer-  
ni, cū Apostolo Ro. viij. dicēs: Si deus pro nobis, qd cōtra nos, si credat deum  
esse secum, & pro se: At qñ credet firmiter deū esse pro se, nisi tērationibus ua-  
rijs probatus, fide exercitata, didicerit deū esse pro se: Nō ergo pōt fieri, quin  
gaudeat in toto corde, qui lumen uultus dei habet: hic em quia iustus est, pacē  
habet, quia pacē habet, gaudet, quia gaudet, neminē timet, & oibus insultat,  
etiā morti & inferno, certus de praesentia dei sui. Ideo recte sequit, post lumen  
uultus tui domine: dedisti laetitiam in corde meo. Sicut & psal. lxxvij. Exultent  
iusti in conspectu dei, & delectentur in laetitia.

Fides gaudiū  
uerū semper  
prestat.

De alijs incredulis quid: Nunquid cordis laetitiam unq; habent: Non, quia  
non est pax impijs, nec est gaudiū impijs, dicit Isaias: quia, iuxta Paulum, sicut  
fuitis socij passionū, ita & cōsolationis eritis, hi uero passionū socij nō fuerūt,  
ideo neq; cōsolationis erunt. Et Prouer. xiiij. Cor quod nouit amaritudinem  
animae suae, in gaudiū eius non miscbitur extraneus. Quid ergo habent: hoc  
quod uoluerūt dimisi eos secundum desyderia sua (inquit) psal. lxxx. sicut &  
psal. lxxvij. Tentationi eoru satis fecisse legit, cum peterēt escas animabus su-  
is, pluens super eos, sicut puluerē, carnes: ubi sequit, Adhuc escae erant in ore  
iploru, & ira dei ascendit sup eos. Quod & Apostolus repetit Ephē. v. appellās  
filios dūbidentiae, super quos ira dei ascendit.

Gaudiū non  
est impijs &  
incredulis.

His pro laetitia cordis, dat olentia gaudia uentris, quia quærūt, quis ostēdat  
eis bona, tantū praesentia & sensualia sapiētes, lumen uultus dei non habēt.  
Ideo hic dicit: Frumentū eorum & uinu eorum multiplicata, sicut uoluerūt, mi-  
tibus quidē uerbis eorum miserā describens, & quanta sit, ex sua laetitia, suisq;  
bonis contrarijs iudicandam relinquens. Quae enim bona habet, qui deū non  
habet: quale gaudium est, ubi cor in deo nō gaudet: Quae delectatio, ubi con-  
scientia perturbata, semper contrariū sibi deum sentit.

Emphatica

In credulorum  
hereditas, te-  
poralia.

Emphatica ergo tapinosis est hæc oratio, & epitatice comparatio, habet  
laticia cordis in deo, incredulis quid est? Abundantia, inquit, temporalia  
aliud nihil. O miseram possessionem, O uilem hereditatem, & plane dig-  
incredulis: Quid enim porcis debeat aliud quam fallaces & inanes salu-  
crementa scilicet & quisquilia uerorum bonorum? Habent bona, quæ illi  
di uoluerunt, habent bona, quibus, ut lumē uultus dei signarentur, carere  
luerunt. Data sunt illis munera, sicut filiis concubinarum Abraham, & in-  
sunt ab hærede Isaac, cui tota hereditas relicta est, sicut discreti sunt in ma-  
ita & in fructu ac premio, uoluerunt ostensil a bona increduli, iam habent  
luerunt: uisibilia creduli, iam in laticia cordis habent. Ita quales in uerbo  
cedere ostendit operarios, tales in hoc ostendit fructus cōsecutos, utring  
fissimos, immo contrarios. Vides quæ insigni cōtemptu, pompā & res bono-  
di breui uerbo uituperauit, dum incredulis ea data narrat, comparatione  
rum bonorum inestimabilium.

Iam concordia facilis est. Non enim differt dicere: Multiplicati sunt frum-  
& uino suo (id est, ditati, aucti, incrassati, dilatati, temporalibus ac terrenis bonis  
& frumentum eorum & uinum eorum multiplicata sunt, ut quibus gram-  
ticas intelligit. Est enim breuis descriptio felicitatis eorum, quæ latius Job, xxv  
& psal, cxliij, descripsit.

Loqui autem prophetam hoc loco, non de sacramento Eucharistie, ut me-  
putant, Augustinus ex eo probat, quod signanter addit, eorum frumentum, eorum  
uinum, non absolute, frumentum & uinum, cum manifestum sit, hoc pronomen  
eorum, loqui de multis illis qui dicunt, quis ostendit nobis bona. Hos enim in-  
pios & incredulos refert, quibus cum Eucharistia nihil, cum sint potus & canes  
nescientes saturitatem, ut Isaias dicit. Deinde absurdum est, si subito rumpat sen-  
tentiam & aliena miscet, solo relatiuo nomine, quorum nihil prius meminisset.  
Ad hæc, quod in hebræo & Aug. A tempore dicitur, ubi nos a fructu dicimus,  
ubi quantum occasionis tribuit nostris, a fructu, ut de Eucharistia intelligeret,  
tantum in hebræo dat indicij, se loqui de frumento eorum, quod ex tempore  
habent, id est, de temporalibus. A tempore, inquit, habent, quod habent, ea quæ tem-  
pus dare sicut corporalibus necessitatibus, & uoluptatibus, quod & ipsam  
mihī per Tapinosum dictum uidetur, scilicet, quod & ab æternitate uultus dei nihil  
Sed a tempore tantum habent sua bona.

Ad nostrum autem sensum, illud, a fructu, potest ita intelligi: a copia & abun-  
dantia frumenti & uini sui, ditati sunt, quod, prospere & multo fructu presentia  
eis temporalia sua. Quod iterum obstat quo minus de Eucharistia apte intelligi  
possit, cum non a fructu Eucharistie multiplicentur fideles Christi, sed ipsi multi-  
plicati sint fructus & effectus Eucharistie, ut hoc sensus potius dicere debuerit,  
a frumento & uino eorum, multiplicati sunt fructus.

Sed & hoc obliquæ accusationis nota est, quod frumentum eorum, uinum eorum  
rum dicit, uitium scilicet, cupiditatis infidelium morden, quod, eorum sunt hæc pro-  
pria, hæc enim querunt, hæc amant, his solis bonis frui nouerunt.

Iam illud leuioris momenti est, quod olei sui, in hebræo non est, nihil enim re-  
fert, si addatur siue minus: Certum est tropo isto scripturæ significari tempora-  
lium abundantiam. Gen. xxvij. Frumento & uino & oleo stabiliter cum ipse  
hæc, Quid tibi faciā fili mi? quæque suspicer, ordinare spiritu, dedita opera fuisse ab  
interprete adiectum, ut moneret lecturam, ne intelligeret, nisi temporalia, cum oleum  
ad Eucharistiam, nullam etiam habeat coniecturam.

Per hæc

Per hæc nihil detraxisse uolo eorum sensui, qui hæc de sacramento intellexerant. Abundandū est unicuique in sensu suo, salua fide & pace. Nec hoc agimus, ut aliorum labores confutemus, sed ut, quantum possumus, proprijs ad Germanam intelligentiā accedamus, nō est reprobatum bonum, ubi melius & optimum laudatur præ bono.

In pace in idipsum, dormiam & requiescam: Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me.

Hæ duo uerba sunt in hebræo, Hierony. ita reddidit: In pace simul requiescam & dormiam, quia tu domine specialiter securum habitare fecisti me. Ista duo uerba, dormiā & requiescam, abunde dicta sunt psalmo præcedēte, q̄ his significetur mors naturalis & sepultura: quam q̄ scio b. Aug. alia tropologia sententem de obliuione rerum temporalium: quamuis & ipse fateatur id in hac uita non teneri.

Dictio in idipsum, idē quod aduerbiū, simul, significat, & concordia sonat: ut psal. cxxxij. Ecce q̄ bonū, & q̄ iocundū, habitare fratres in unū: id est simul seu in idipsum. Et psal. cxxj. Cuius participatio eius id ipsum, id est, simul.

Est ergo sensus: Lumine uultus tui firmatus & certus, q̄ mecum & pro me es, plenus sum gaudio: id est, in pace moriar, & libenter hanc uita deferō: quia (ut psal. cxxj.) si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Itaq̄ meo iudicio, simul dormiam, & simul requiescam, id dicitur, quod dormire & correquiescere nobis dicitur, uidelicet, q̄ cum patribus suis simul dormituri se pronunciat. Quomodo in libro Regum, frequenter dicitur, dormiuit cum patribus suis: & in libris Mosi: Congregor ad populum meum: & appositus est ad populum suum. Et ad Mosen: & ibis ad populum tuū: & Aaron uadat ad populum suum, & his similia.

Hoc ergo prestat fides uarijs passionib⁹ exercitata, ut mors pro somno pacis acceptetur, incredulis dira & dura uexatio. Nā quid aliud putas hac suæ mortis magnifica iactantia & commendatione uelit, q̄ ut non modo exemplum præbeat, quo ad quietam & suauem mortē perueniat (nempe uia crucis & passionum) iterum etiam ut simula contrario descriptam relinquat, uniuscuiusq̄ iudicio æstimandā mortem incredulorum pessimam, pauore, horrore, turbatione confusissimam: In qua nō est quiescere & dormire, sed, iuxta psal. Virum iniustum, mala capient in interitū: & iterum Mors peccatorum pessima, quia uiri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos: Cum dixerint, pax & securitas, repentinus eis superuenit interitus. Modestissime ergo & occulte eos terret mala morte eorum, dum suā optimam commēdat, quia magis cupit eos exemplo suo mouere suauiter, q̄ terrore urgere, ad crucis & fidei uita, dum fructum eius uitæ, mortem tam gloriosam ob oculos ponit.

Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me. Hæc sententia sumpta est ex Deutero. xxxij. & frequēter iterata per scripturas, quare ad fontem eius accedamus. Dicit Moses, Israel habitabit confidenter & solus. Ibidem, amantissimus domini habitabit cōfidenter. Et Hiere. xxxij. Et habitare faciam eos confidenter, perspicuum itaq̄ sit, quod Moses dixit, confidenter & solus, hoc Dauid, singulariter in spe, dixit: cum sint eadem utrobique uerba, eademq̄ sententia: unde cum interpres Deutero. xxxij. interposuerit coniunctionem (&),

G quæ non